93. Fabula xiii de patre et tribus filiis. [1]

Sunt plures, qui pro vanitatibus statuunt placita adeuntque iudices, contentiones et lites desiderando. De hoc audi fabulam. Quidam homo habuit tres filios, moriturus autem dimisit eis suas possessiones, scilicet pirum unam, hircum et molendinum. Ipso autem patre sepulto, dixerunt filii: Petamus iudicem, ut dividat nobis hereditatem nostram et dixerunt: Audi, domine iudex, pater noster nuper obiit et dimisit nobis suas hereditates, ut eas equaliter divideremus. Iudex quesivit, que essent hereditates. At illi dixerunt: Arbor una pirus scilicet, hircus et molendinum. Iudex ait: Quomodo ergo dimisit vobis pirum? at illi dixerunt: Precepit nobis, quod tales faceremus partes, ut nullus plus haberet quam alter. [171^{b}] Iudex ait: Quomodo ergo dividetis pirum? Maior frater dixit: Ego, inquit, accipiam ex piro omne quod habet rectum et tortum. Secundus frater dixit: Et ego accipiam de piro omne, quod habet viride et siccum. Tertius frater dixit: Et ego accipiam ex piro cunctas radices cum tota columna et omnibus ramis. Iudex dixit: Quis ergo habebit amplius? certe nec ego nec aliquis alter potest intelligere, quis ex vobis plus minus ve habeat. Quicumque ergo ex vobis valuerit dicere, quis habeat ex vobis maiorem partem, illi sit tota arbor pirus. Adhuc iudex: Hircum ergo quomodo divisit pater vester? At illi dixerunt: Hoc statuit de hirco, ut illi daretur, qui eum ex nobis maiorem orare potuisset. Tunc maior frater oravit ita dicens: Placuisset deo, ut iste hircus modo tam magnus esset, ut sitiens valeret bibere omnem aquam, que est in mari et omnem illum, que est subtus celum et non esset medius satius. Secundus frater dixit: Estimo quod meus erit hircus, quia maiorem eum orabo, et oravit ita: Utinam esset omne linum, cuncta canabs ac tota lana modo simul in unum filum contacte, et iste hircus esset tam vastus, ut illo filo circumcingi non posset eius tibia. Tertius frater ait: Cogito quod meus erit hircus, quia prolixiorem eum orabo, et oravit ita: Utinam placerct deo, quod modo esset aquila magna, que volaret usque ad celum et respiceret ad quatuor partes orbis et tantum teneret iste hircus in latitudine, longitudine et altitudine, quantum ipsa aquila videre poterat. Iudex ait: Quis ergo maiorem oravit hircum ex vobis? certe nec ego

*

1 Extr. 13. Erbtheilung, gesta Romanorum 90.

nec aliquis valet enarrare. Sit ergo illi hircus, qui ex vobis hoc dicere sciat veraciter. Sed molendinum quomodo pater [172a] vester dividi voluit? At illi responderunt: De molendino ita ordinavit pater noster, ut daretur illi, qui apud amicos et cognatos nugatior probaretur. Tunc senior ait: Ego ita sum nugax, quod modo plures sunt anni quibus iaceo in domo magna. Et per unum tantum foramen stillat super aurem meam stillicidium quod ita meas incidit capitis venas, dissoluitque nervos et ossa confregit et cerebrum putrefecit, ut iam per aliam aurem exiat. Ego autem ita tepidus sum, ut non valem surgere de lecto, nec vertere me in aliam partem, nec caput declinare pre nimia nugacitate. Secundus frater dixit: Meum erit (ut estimo) molendinum, quia plus sum nugax. Nam si ieiunavero diebus quindecim vel toto mense et accessero mensam habunde optimis cibis refertam, nequeo aliquid mittere in os meum pre nimia nugacitate, nisi alii vi aperiant os meum et cibum imponant. Ait tertius: Ut cogito meum erit molendinum, quia plus sum tepidus. Ego enim si sustinuero sitim usque ad mortem et stetero in aqua usque ad mentum ante moriar ibi, quam inclinem caput saltem ut unam bibam guttulam, nisi quis per vim aperiat mihi labia et aquam iniecerit. Iudex ait: Vos ignoratis, et ego non intelligo, nec quisqam alter, quis ex vobis sit nugacior. Et ita abierunt absque ulla diffinitione. Monet illa fabula nec vane nec leviter adeundos iudices in causis profanis, que iudicio diffiniri non queunt, ne sine affectu abeant cum irrisione audientium, sicut his tribus fratribus contigit.

Die xiii fabel von ainem vatter und dryen sünen.

Man findet vil der haderman, die on ursach umb üppige ding die richter bekümern, darumb sie on end von dannen schaident. Dar von hör dise fabel. Ain vatter hett dry sün. Als er aber gestarb, verließ er inen ze erb ainen pirenboum, ainen bok und ain mül. Die sün wurdent unains in der tailung des erbs und kamen für den richter und sprachen: Herr richter, hör uns. Unser vater ist kürczlich tode und hat uns ze erb verloußen alles syn guot mit dem geding, daz wir das gelych tailen sölten. Der richter fraget, was daz erb wäre. Sie sprachent: Ain pier paum, ain bok und ain müle. Wie hat er bevolhen, den paum ze tailen? sprach der richter. Do sprachen sie: Also, daz kainer mer habe, wann der ander. Do sprach der richter:

So sagent üwer mainung. Do sprach der eltst bruoder: So nim ich von dem poum alles, was krump oder schlecht ist. Der ander sprach: So nim ich alles, das dürre oder [173a] grün ist. Do sprach der dritt: So niem ich all wurczen und den stam mit allen esten. Do sprach der richter: Welher dann under üch allen dryen warlich gesagen kan, daz ain tail beßer sye, dann der ander, der sol den paum ganez haben. Aber den bok ze tailen, wie ist üwers vaters mainung gewesen? Sie sprachen: Syn will ist gewesen, daz er des sölte syn, der in größer wonschet. Do sprach der erst bruoder: Wölte got, daz der bok so groß wäre, daz er daz ganez mer und alles das waßer under dem himmel uß möchte trinken und nit halb gnuog hette. Do sprach der ander: Ich gedenke, der bok sölle myn werden, wann ich will in größer wonschen. Wann ich wölte, daz er so groß wäre, das in ain faden nit umbgürten möchte, der uß allem flachs, hanff und wollen und allem dem, dar uß man spinnen mag, gespunnen wäre. Do sprach der dritt: Ich gedenk, der bok werde myn, wann ich wölte, das der bok so groß wäre, wann ain adler uffflüge gen himel und die fier ort der welt umsähe, daz er dann die höhi, diki und braiti des bokes nit möchte übersenhen. Do sprach der richter: Ich kan nit gesagen, welcher in den größern gescheczet hat. Ob aber üwer ainer das warlich gesagen kan, des sol der bok ganez syn. Doch sagen, was ist syn mainung mit der mül gewesen? Do sprachen sie: Syn letster will ist gewesen, daz der die mül haben solte, der von den fründen und magen der gröste lugner wurde erkennet. Do sprach der erst bruoder: So bin ich als ain großer lugner, daz ich etlich jar in ainem hus gelegen bin, do ain trouff in myn aur gegangen ist, so lang das er myne adern hat abgefület und die bain des kopfes, ouch daz hirn, also das der trouff iecz zuo dem andern aur uß gaut. [173b] Und ich bin so träg und so lugenhafft gewesen, daz ich mich selber nit umb keren oder das houpt umb naigen möchte vor liegen. Do sprach der ander: Ich gedenke die mül sie myn, wann wäre ich fierczehen tag ungeßen gewesen und käme über ain tisch, dar uff alle gnuogsami stünde von den besten spysen, so möchte ich vor fulhait und übrigem liegen nit ainen broken eßen, es wäre dann, das mir zwen den mund mit ainem meßer uff gewünnen und der dritt mir die spys ynschübe. Der dritt bruoder sprach: Ich hoffe, die müle sölle myn werden, wann wäre ich so durstig, daz ich vor durst sterben müste, und stünde in ainem waßer uncz an die lefczen, so bin ich so

ful und lugenhafft, daz ich ee stürbe, ee daz ich den mund naigte ze trinken, es wäre dann, das mir iemand den mund mit gewalt uff bräche und das waßer in mich güße. Do sprach der richter: Ir trybent üppikait, so waiß ich nit, was ir wöllen; gand hin als ir her sint komen, ir sint nit zerichten. Dise fabel wyset um üppikait die öbern nit ze bekümern.

94. Fabula xiv de vulpe et lupo. [1]

Sunt multi, qui antea volunt esse magistri, quam discipuli, et volunt docere prius, quam addiscant. Et dum maiores, fortiores ac sapientiores se imitari volunt, frequenter labuntur in malum. De hoc audi fabulam. Vulpis iens ad lupum dixit ei: Rogo te, dominum meum, ut ex sacro fonte laves filium meum ac ei sis patrinus. Libens faciam, ait lupus, postquam lotus est, nomen ei Benedictulus datur. Dixitque post menses aliquot matri Benedictuli lupus: Rogo te, soror mea, ut mihi dimittas filiolum meum Benedictulum, ut illum nutriam, et ex artibus meis eum [174ª] doceam, ut se melius posset enutrire, tibi namque multi sunt filii, quos non nisi cum magno labore alere potes. Vulpis ait: Domine mi, ut libet, ita fac. Ago insuper gratias quia memor es mei. Tunc lupus assumens secum filiolum suum Benedictulum ivit nocte ad caulas ovium, ut aliquid prede caperet, et non potuit. Summo autem diluculo subiens in montem altum, qui erat positus supra vicum, dixit Benedictulo filio suo: Hodie fui ad caulas ovium et non potui aliquid capere et sum nunc valde fatigatus; nunc ergo dormiam parum, tu vigilans aspice, quando egredentur bestie de vico in pascua. Et tunc excitans voca me, ut capiamus aliquid. Cum autem dormisset lupus circa matutinum, Benedictulus excitans eum clamabat: Domine, domine! Et lupus: Quid vis, filiole? Benedictulus: Ecce, inquit, porci egrediuntur in pascua. At lupus: Nulla, inquit, cura de porcis, quoniam setosi sunt. Et quando comedo eos, faciunt tortiones mihi et sete pungunt fauces meas sepeque manent infixe. Circa primam vero horam Benedictulus clamabat: Domine, domine! Et lupus: Quid habes? inquit. Oves et vacce egrediuntur in pascua. Lupus respondit: Non michi est aliqua cura; quia canes rapacissimi atque fortissimi pergunt cum eis, qui statim ubi vident me insequntur et cupiunt occi-

*

1 Extr. 14. Wolf und junger fuchs, Grimm, Reinhart Fuchs s. 427.